# Beati Alphonſi Thoſtati theologoꝝ ſui tẽporis longe omniũ preclariſſimi: ac in eccleſia Abulenſi cũ maxima populi veneratiõe ſub deuoto depoſito ſepulti. Tractatus ſuper locũ eſaie: Ecce virgo ↄcipiet. chriſtiãe fidei admodũ neceſſarius.

In quo interpretatiõe veriſſima ⁊ catholica: oẽs errores ⁊ pertinaces iudeoꝝ calumnie per hebraicas veritates: ex ipſius ſacre ſcripture intimis penetralibus diuinitus exquiſitas: luciddiſſime ac pleniſſime cõfutantur. liſq; immortalis ĩter iudeos ⁊ catholicos terminaṫ. atq; veritas chriſtiana ꝗ hec auctoritas de virgine matre redemptoris noſtri tm̃modo intelligenda ſit: meridiana luce clarius reſeratur.

Cũ Gratia ⁊ Priuilegio.

¶ Generoſiſſimo Antiſtiti ac Sacrarū litterarum Excellenᵐᵒ
Profeſſori Dño. D. Joanni a tolleto Epiſcopo Cordu/
beñ. digniſſimo. Alphonſus a Polo Sacre theo/
logie profeſſor Canonicus Concheñ. Salu/
tem et continuos in Chriſto profectus.

Cum hiſpaniaꝝ bibliothecas ſedulo reuoluerem Preſul Ampliᵐᵉ: et ad
ſingulos codices diligētius inſpicerem: ſi forte diui Alphonſi Abuleñ. p̄ſu
lis tractatus aliquos: edaci tempore: ⁊ inuidioſa vetuſtate cōſūptos inue/
niſſem: reperi inter cetera diuinū hunc ſup locū Eſaie: Ecce virgo cōcipiet
libellum: olim Gutterei antiſtitis toletañ. gētilis tui precibus editū. Jta aūt
tineis blatiſq̃ corroſuꝫ: vt multa ī aliquibus verba deeſſent: Erat quoq̃ librarij inſcitia
incuriaq̃ mētis tā deformatus maculoſuſq̃: vt multis in locis nec ſenſus quidem elici
poſſent. Quare qui prima facie de inuentione tāti theſauri gaudio exilieram: cepi merore
contrahi: vt qui deſperarem me quoq̃ illum poſſe emaculare atq̃ integrum reddere.
Verū itemerate Marie ſemper virginis auxilio fretus cuius cauſa agebatur manū operi
appoſui: et tandem illud limatū correctumq̃ indice addito in antiquū nitorē et priſtinā di/
gnitatē reſtitui. Quod tibi Pontifex generoſe iure dicari debui. Cum vt hos riuulos ad
eum fontē (illuſtrem domū de tolleto) referrē: a quo curſus preſentis operis emanauit:
vt ad locū vbi exeunt flumina reuertantur. Tuꝫ quia tanta liberalitate maiores tui albani
duces de noſtro Salamātino Collegio bene meriti ſunt: vt iure quicquid excuderint vo
bis ſacrandū iam pridem cenſuerint. Accedit ad hoc: q̄ cum ſis alto ſanguine clariſſimus:
moribus tamen cultiſſimis: admirabiliq̃ virtute: ac doctrina multiplici longe prefulges.
Quare non eſt quo quis vlla ex parte mirari debeat ſi ex multorum numero potiſſimum
te delegi cui huiuſmodi hoc opus deſtinarē. vtpote qui optime noſti: quantū ad chriſtia/
nā fidem: ac dei genitricis virginitatem tuendam conferat: quā perfidi iudei ac nouelli he
retici polluto ore maculare nō ceſſant. Quo etiam factū eſt vt tam preclari ingenij monu/
mentuꝫ: tanq̃ proficuū Eccleſie dei auctor ſuus olim inſcripſerit Sapientiſſimo ac omni
litterarū genere ornatiſſimo viro archiepiſcopo Tolletano. nēpe cui tā precioſum opus
dicaretur circūluſtrandus erat et optādus: ⁊ is eruditiſſimus: ne ruſtico libros: vina nym/
phis: bacho vero limphas offerretur. Suſcipies igitur Doctiſſime preſul amici
munus tue dignitati ac deuotioni accōmodatum. Quod ſiquidem auctorem
ipſum tecum reputes Abulenſem: nō te minus egregia proſapia genito
magnanimo antiſtiti: q̄ gutterio toletanoꝝ preſule dignum exiſti/
mes. Si noſtram vero in te obſeruantiam: ſi noſtram in pre/
claram tolletanā familiam dilectionem amoremq̃ con
ſideres: ⁊ eximium certe id imprimiſq̃ deuotum.
Vale pater ampliſſime: et me vt ſoles ama.

¶ Profundiſſimi ſacraꝝ lr̃arum interpretis diui Alphōſi epiſcopi Abulen̄. opuſculū ſuper loco eſaie: Ecce virgo concipiet incipit feliciter. Ad munificētiſſimuꝫ virū Gutteriū a Tolleto antiſtitē Tolletanum: hiſpaniaꝝ primatē.





De mihi propoſiti ab antiquo fuiſſe cōgaudeo. idqꝫ eruditiſſimoꝛuꝫ arbitratu viroꝝ approbatꝰ: optimis in eo qui honeſtiſſimus ē famulādi modo cōplaceri: multūqꝫ differenter vr̃e dignitati plurimoꝝ ſn̄ia venerāde excellentiſſime dn̄e atqꝫ virorum optime. Nō mediocriť.n. mihi in hac parte ceteriſqꝫ: quo ad exiguitatis mee virtutis executionem coaptari poteſt voluntas famulandi eſt: ſed vtinā tam efficaciter q̄ꝫ deuote: ſi votoꝝ immenſitati paruule efficacie modus ſubeſt. tn̄ ſm̄ Ariſtotelicam ſn̄iam in hac re actoꝛis merita cōparatiue nō quantū efficitur: ſed que agentis electio eſt inſpicienda erunt. Et qm̄ voluntas ad magna eſt: q̄ꝫq̄ꝫ in re parum quid ſubſit ꝙ famulatum in hac parte impenderim: vt non ex rei modo: ſed ex affectionis mee quātitate ius poſſit ſic eſflagito. Expoſcit arguta prudentia vr̃a ſuper Eſaiam quādā particulam declarari: in qua catholicis aduerſus ꝑfidiam iudeoꝛum immoꝛtalis iam lis facta eſt. in qua q̄ꝫq̄ꝫ reſponſionis mee opus nō ſit: p̄cipue argutioꝛi ſapientie vr̃e cui hec abundantius clarent. mihi tamē non diſcutiendi que expoſcentem aut verius imꝑantem occaſio impulerit arbitrium eſt: ſed obſequēdi eis q̄ iuſſa ſunt neceſſitas manet. his igitur mancipatus: q̄ꝫq̄ꝫ in hoc dicendi gn̄e nec copioſe: nec lepide aut ꝑpolite mihi eloquij ſubſit: tn̄ vtcunqꝫ datur id agam. nec hoc mentis eſt vt tātū vigiliaꝝ aut laboꝝ impendā: quantū foꝛtaſſis ipſius rei de qua agitur expoſcit magnitudo: ſed vtcunqꝫ id pꝛotuliſſe ſuffecit: quo qd in hac parte inferamus appareat. ¶ In hoc igitur due particule ꝑſtringende ſunt. Primū cum dr̄: ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium ⁊c̄. Scdm̄ vero quia dicitur: butyruꝫ ⁊ mel comedet ⁊c̄. Ad pꝛimū dicēdum ꝙ fundamētum expoſitionis huius pꝛophetici dicti: ē illud de ſaluatoꝛe nr̄o ⁊ virgine exponi debere. nec quidem hoc ex cōi catholicoꝛuꝫ doctoꝝ conſenſu eſt: quaſi hic eiſdem homodoxia conſtet: ſed qm̄ ſic agente ſpiritu ſancto ab ipſa ſacra ſcriptura ad hunc exponendi modum cōpelluntur. quod manifeſtat beatus Matheus. 1. c. cum. n. de conceptu ⁊ natiuitate ſaluatoꝛis noſtri dixiſſet atqꝫ denominatione: ſubintulit. hoc totum factum eſt: vt impleretur qđ dictuꝫ eſt a dn̄o per ꝓphetam. ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filiū: ⁊ vocabis nomē eius emanuel ⁊c̄. Et quemadmodū hoc dictum Eſaie de Xp̄o intelligēdum neceſſario eſt: ita ⁊ cōtinuato ſtilo ea que. 9. c. dicuntur de eodem ſuſcipienda ſunt. ſ. pꝛimo tempoꝛe alleuiata eſt terra ꝫabulon ⁊ neptalim ⁊c̄. Et illud. paruulus datus eſt nobis ⁊c̄. quod manifeſtatur Math. 4. c. cum dicitur. cum aūt audiſſet Jeſus ꝙ Joānes traditus eſſet receſſit in Galileaꝫ: ⁊ relicta ciuitate naꝫareth: venit ⁊ habitauit in ciuitate caphanaum ⁊ maritima in finibus ꝫabulon ⁊ neptalim: vt impleretur qđ dictū eſt per Eſaiā ꝓphaꝫ. terra ꝫabulon ⁊ terra neptalim: ⁊ via maris tranſ ioꝛdanē: galilee gentium pp̄ls qui ambulabat in tenebꝛis ⁊c̄. Dixit etiam ꝓpha Eſaias. c. 7. vbi p̄dicta ponunť. dn̄s ipſe dabit vobis ſignum: ecce virgo cōcipiet. timebat. n. achaꝫ rex a facie duoꝝ reguꝫ. ſ. raſin regis ſyrie ⁊ phacee filij romelie qui cōiurauerant vt acciperent regnum eius. hunc achaꝫ q̄ꝫq̄ꝫ impium deus cōſolaturus: p̄dixit liberatuꝝ euꝫ de manu duoꝝ hoꝝ regū: ⁊ eos ꝑituros. ad hoc āt datū dedit ſignum. ſ. virgo cōcipiet ⁊ pariet filiuꝫ ⁊c̄. hanc virginē conceptura ⁊ perituram: nemo de nobis ambiguit dn̄aꝫ nr̄am virginē benedictam foꝛe. nec. n. alicui in menteꝫ venit vt intelligendū ſit ꝙ virgo concipiet ⁊ pariet. i. ꝙ illa que aliquo tempoꝛe virgo eſt. ſ. cum iſta verba dicebantur: poſtea concipiat ⁊ pariat per coꝛruptionē. nam hoc nec ſignum aliquod nec miraculum eſt: cum iſta ſit via concipiendi vniuerſe carnis ſuper terram. nulla nāqꝫ feminā concipit que aliquando virgo non fuerit. hoc igitur pacto de quacunqꝫ femina diceretur virgo concipiet ⁊ pariet. quod nemini cōcedendum eē videtur. ſed dicitur hoc ꝙ ipſa que conceptura ⁊ paritura erat: tunc cum pareret atqꝫ cōciperet virgo futura erat. [a] ¶ Ex quo apparēt due particule eaꝝ q̄ꝫ nos ad virginis noſtre p̄conia poſuimus. ſ. ꝙ fuit virgo ante partum: ⁊ in partu: ⁊ poſt partum. Prime due particule hic patent. pꝛimum quideꝫ quia dicitur: ecce virgo concipiet. conceptus autem partum antecedit. ⁊ in cōcipiendo virgo extitit: qm̄ ad hoc ꝙ cōciperet nulla coꝛruptio per acceſſum virilem ſicut in ceteris mulieribus effecta eſt: manſit quippe perfecta virginitas in conceptione dn̄e noſtre. nec quidem ſolum vt virginitas eſt integritas mentis ⁊ coꝛpoꝛis cum inexperientia oīs actus venerei: vt cōiter diffinitur. ſed etiam vt dicit pꝛiuationem ſuſceptionis omnis ſeminis maſculini qualicūqꝫ modo. nam pꝛima virginitas in quibuſdam mulieribus concipientibus eſt naturaliter. ſecūda auteꝫ nulli vnq̄ꝫ niſi dn̄e noſtre collata eſt. Patet quia multe femine a viris incognite cōcipere poſſunt: ⁊ alique ſic cōceperūt. ſ. per demones incubos ⁊ ſuccubos. de quibus diffuſius ſup. 5. c. Gen̄. et. 7. c. Exo. dictū eſt. naꝫ hos negare eſſe ⁊ feminas ab eis carnaliter cognoſci impudentia magna eſt vt ait Aug. 15. de ciuit. dei. Hi tamen ſemen effundunt: nō quideꝫ qđ habent: qm̄ eis nullum ineſt: cum aīalia non ſint: ſed qđ a viris in pollutione nocturna ſuccubi effecti ſuſceperunt: in genitalia feminea incubi facti refundunt. hec. n. nō eſt virilis cognitio: tamē cum ſemine res agitur atqꝫ ea que ſic ſemen ſuſcipit vere defloꝛatur per ruptionem virginaliū clauſtroꝝ. habent nāqꝫ incubi demones in aſſumpto coꝛpoꝛe genitale virile quo id cauſatur in femina: quod ex virili cognitione patitur. ¶ Sed eſt aliqđ adhuc amplius. ſ. ꝙ femina concipere poſſit: nō ruptis ſuis virgineis clauſtris: ſed manentibus in ea integritate qua a natura condita ſunt. quod in pleriſqꝫ etiā mulieribus cōiugatis viſuꝫ eſt accidere: que ſine vlla clauſtroꝛuꝫ virgineoꝝ coꝛruptione aut operatione genitalis maſculini: ſuſcepto tamē ſemine conceperunt. Qui modus: qm̄ cunctis cognitum eum arbitroꝛ. tum quia pꝛolatione hec indigna ſunt ſubticebitur. In hoc tamē modo q̄ꝫq̄ꝫ maneat in femina carnis integritas: que ē pars quedā virginitatis illeſis vaſis genitalibus: virgo tamē nō eſt. due. n. deſunt. ſ. ꝙ mētis abfuit integritas: ⁊ ꝙ delectatio venerei actus ⁊ experiētia ſuſcepta eſt. quoꝛum vtrunqꝫ virginitati repugnat. nam ea que

1 Optimis in re honeſta: obſeq̄ndum eſt.

2 Merita actoꝛis ſpectāda ſunt nō quoad opus: ſꝫ quoad aiuꝫ operantis.

Diuiſio totiꝰ tractatus in duas partes.

3 Eſaie dictū. ſ. ecce v̓go cōcipiet de nullo alio exponi dēt niſi de xp̄o ⁊ virgine: vt pꝫ ex euāge.

4

Eſaie vaticiniuꝫ. ſ. ecce virgo cōcipiet exponi debere d̓ xp̄o ⁊ virgine nō hr̄ ex humana inuētione ſꝫ ex diuia reuelatione vt patet Matthei. 1.

5 Eſaie. c. 9. d̓ xp̄o ſolo exponi dēt ⁊ hoc hr̄ reuelāte deo Mat. 4.

6 Uirginem de q̄ Eſa. ꝓphauit ꝙ eēt cōceptura ⁊ paritura i ſignuꝫ victoꝛie regiſ achaꝫ mr̄eꝫ xp̄i fateri neċe ē cū illa ſola cōcepit ⁊ peperit virgo.

[a] Pꝛobat dn̄aꝫ nr̄aꝫ fuiſſe v̓ginē an̄ ptū v̓gitate ꝑfectiſſima. q̄ dic̄ ꝑuationē cuiuſcūqꝫ ſemīs maſculini quocūqꝫ mō. ⁊ agit d̓ multis modis qbꝰ femia p̄t ꝯcipe nālit̓ v̓ginitate ꝑuata.

7 Uirginitas ē integritas mentis ⁊ coꝛpis cū iexperientia omnis actus venerei.

8

9

10

11

12 Mulier pōt cōcipe ex virili ſemine nō fractis clauſtris virginalibus: in q̄ cōceptione lꝫ ſit integritas carnis v̓ginitas tn̄ amittitur.

13 Mulier dū nubit: mētis virgi-

nitatē amittit cū intēdat repetere vl̄ reddeꝛ d̄bitū.

nupta eſt:eo ipſo ꝙ virum accipit mentalem ꝑdit vir
ginitatem.ꝓponit nāq; vel debitum a viro ad gignē
dum petere:vel ſaltem petitū debitum viro reddere:

14 Mulier mōtalr̄ peccat viro petē ti debitū tpe ⁊ lo co ꝯue. negādo.

cuȝ ad hoc matrimonio adiungatur.immo ⁊ ſi vir de-
bitum petat conuenienti tempoꝛe ⁊ loco:moꝛtaliter fe-
mina peccat ſi ſuū denegauerit: dicēs nolle vllatenus
reddere. nam femina non habet poteſtatem coꝛpoꝛis
ſui:ſed vir:⁊ vir nō habet poteſtatem coꝛpoꝛis ſui: ſed
femina.vt habetur.1.ad Coꝛint.7.c. Quāq̄ igitur hec

15 Mulier nō hēt ptātē coꝛpis ſui: ſ; vir.neq; vir:ſ; mulier vt pꝛima ad Coꝛint.7.

q̄ nupta ē viro: coꝛpoꝛe incoꝛrupta manet.virgo non
eſt:quia mentis coꝛruptio in ea eſt:cum gingere cogno
ſcere aut cognoſci intendat:aut ſaltem patiatur.
¶ Eſt etiam alterum obuians in hac parte. ſ. ꝙ hec fe-
mina venerei actus delectationem experta eſt: que po
tiſſime virginitati repugnat. nec enim quiſq̄ fallatur
exiſtimans feminam in actu venereo non delectari ni
ſi per contactū genitalis vaſis : ⁊ defloꝛationē in clau-
ſtroꝛum virgineoꝝ ruptione. in alio nāq; huius actus
conſiſtit delectatio. ⁊ q̄q̄ de his foꝛtaſſe dicēdum non
eſſet:quia tñ naturalia quedā ſunt ⁊ interdum ſpecula
tionibus altiſſimis neceſſaria: erubeſcendū non puta-
ui:cum in hac parte vniuerſum ruboꝛem nr̄m Aug.ab

16 Notanter dixit in defloꝛatione: quia poſt bene pōt eē delectatio in contactu geni talis vaſis vt me dici dīt.⁊ ēt met dn̄s abulen̄.gen̄.

ſtulerit:qui quedam alia que foꝛſitan cuiq̄ fedioꝛa vi-
derētur in.7.et.14.de ciui.dei pꝛotulit.Dicendū igitur
feminis nullam eſſe in defloꝛatione aut genitalis vaſis
contactu delectationē: ſed in deciſione mēſtrualis ſan
guinis qui loco ſeminis in eis eſt: ⁊ in ipſa cōmixtione
maſculini ſeminis ad femineū:⁊ in roꝛatione matricis.
quod quidem ſi vulgaribus teſtibus contentos eſſe li-
beat: ipſaꝝ que hec patiuntur feminaruȝ teſtimonio iu
dicandum erit: in quibus ſolida ſatis cōſtat pꝛobatio.
nobis tamen qui veritatem inquirimus per altiſſimas

17 Sapia de altiſſi mis ⁊ p altiſſima ē pȝ Ethicoꝝ.6.

cauſas: cuȝ ſapientie ſtudeamus que de altiſſimis atq;
per altiſſima eſt.iuxta Ariſtoteleȝ nr̄um Ethic.lib.6.et
alio modo veritas inquirenda eſt. Patet.n. nullā eſſe

18

delectationē in defloꝛatione ⁊ ruptiōe virgineoꝝ clau
ſtroꝛum.nam id quo nature violentia irrogatur dele-
ctationis materia nō ē:ſed potius meroꝛis. in defloꝛa-
tione autē cū ſit violentia quedam que infligitur clau
ſuris virginalibus:vt ea que clauſa erāt rūpanť : erit
igitur triſtitia ⁊ nulla delectatio.potiſſime quia in ani

19 Doloꝛ in aīalibꝰ cātur ex diuiſiōe continui.

malibus que ſentiunt: doloꝛ cauſatur ex diuiſione con
tinui:vt ſi aliqua pars carnis a reliquis abſcindať.hic
aūt ſic eſt : quia natura in virgineis clauſtris continui
tatem cauſauerat: per defloꝛationē autem continuitas

20 Delectatio i mu- liere nō cātur ex defloꝛatione qd̄ teſtať cruoꝛ.⁊ qꝛ ſi ferro vel vn- guibus fiat v̄gi nalis aptio doloꝛ ſolus iſligiť : ſed cātur delectatio ex aliquo adiun cto.

iſta coꝛrumpitur:quod teſtatur cruoꝛ:teſtis verus coꝛ-
ruptionis aut vulneris.⁊ ſi in hac virginū defloꝛatiōe
quandā contingat delectationē ſentiri:non eſt ob hoc
qꝛ defloꝛatur: qm̄ potius ex hoc veri doloris materia
eſt:ſed ex aliquo adiūcto ad iſtam defloꝛationē. quod
apparet qm̄ ſi virginea clauſtra ferro aut vnguibus
aut qua vis alia moꝛſione rumpantur: doloꝛ ſolus ſe-
quitur ſicut in fractione aut ruptione cuiuſlibet alte-

21

rius partis coꝛpoꝛis .ideo igitur ſi in cognitione ⁊ de
floꝛatione virginis opere virili ipſam clauſtroꝛum ru
ptionem aliqua conſequatur delectatio. nō ob hoc eſt
qm̄ ruptio cauſata eſt: ſed potius quia aliquid eſt cum
ipſa defloꝛatione: quod ſm̄ ſe delectationis cauſatiuū
eſt .hoc autem eſt quia ſemen effunditur receptum in

22 Viri delectatio in deciſionis ſe- minis ⁊ non in aliquo alio cāť.

matrice : ⁊ velut in viro in deciſione ſeminis cauſatur
delectatio ⁊ non in aliquo alio: ita in femina in irroꝛa
tione matricis.que cum calida ⁊ ſicca fuerit:irroꝛatio-
ne humidi viriliſ ſeminiſ delectať.hec aūt ſeminiſ effu
ſio atq; in matrice ſuſceptio ſine aliqua clauſtroꝝ vir-
gineoꝛuȝ apertione fit.ideo ibi delectationem venerei
actus experiri neceſſe eſt: ⁊ foꝛtaſſis maioꝛem q̄ cū ru

23

ptio clauſtroꝝ.ſit cauſa patet. ꝙ his imoꝛari nō decet.
illa igitur que illeſis virgineis clauſtris ſic cōcepit: aut
ſaltem ſemē ſuſcepit virgo nō eſt: qm̄ venereā delecta

24 Modꝰ quo mu lier ſuata v̄gini tate nāliter pōt concipere.

tionem eam expertā liquet. ¶ Eſt autē alius mo-
dus quo conſeruata virginitate femina concipere na-
turaliter poteſt.ſ.vt nō coꝛrumpatur integritas mētis.
ſi iſta mulier ſemper pꝛopoſuerit continere non expe-
riendo aliquam delectationem veneream:nec vn̄q̄ ali

25

quem contrarium actuȝ habuerit iudicando aut eligē-
do:quod facit plenam mentis integritateȝ.Etiaȝ vt fe-
mina concipiat incoꝛrupta carne.ſ. manentibus illeſis
virgineis clauſtris:ita vt nemo viroꝛum apuerit inte-
gritatem genitalis feminei nec vllo alio caſu defloꝛe-
tur.Item ⁊ ꝙ hec femina nullam venereaȝ delectatio-
nem experta ſit: que integram virginitateȝ cōſtituunt:
ita ꝙ alicui mulieri ſic concipienti dabitur in vita eter 26
na aureola que debetur vere virginibus. nam in hac
plena virginitas patet vt ex diffinitione liquet.ſ.virgi
nitas eſt integritas mentis ⁊ coꝛpoꝛis cum inexperiē-

26 Virginitatis de floꝛatio vide.i Num.7.

tia actus venerei.hec tamen femina non dicetur ſm̄ ſa 27
cram ſcripturam concipere virgo exiſtens:qm̄ ſemine
ſuſcepto coꝛruptio eius agitur.nam ⁊ ſi omnia pꝛedi- 28
cta interuenient:ſemen tamen intercidit. hic auteȝ mo
dus aſſignari nō poteſt in mulieribus cognitis per in-
cubos demones.nam q̄q̄ ille continere in perpetuū
pꝛopoſuerint: maneatq; ibi mentis incoꝛruptio: vaſa
tamen feminea genitalia vere coꝛrumpūtur atq; cruo
rem inde exire neceſſe eſt : quemadmodum ſi a viro

28 Incubi ſpūs vir ginitatē mētis ⁊ coꝛpis extinguūt i mlīere cū clau- ſtra virginalia violent.

huiuſmodi virgines defloꝛarentur.etiam ſequiť ibi ex 29
perientia actus venerei : qm̄ q̄q̄ mulier inuoluntaria
cognoſcatur ſemperq; repugnans:tamen dum cogni-
ta fuerit neceſſarium eſt eam delectari: quia iſta dele-
ctatio non euenit ex voluntatis electione : ſed ex con-
ditione nature.⁊ ob hoc q̄q̄ aliqua mulier delectetur
cum cognoſcitur:ſi tamen laboꝛauit ne cognoſceretur: 30
nec poſt cognitionem in hoc conſentit aut delecteť.nec
in hoc peccat:qꝛ pctm̄ non eſt in his que totaliter inuo
luntaria ſunt.¶ Itē nō poteſt aſſignari iſte modus in
mulieribus que violenter ab aliquibus cognoſcuntur. 31
qm̄ ibi ſunt duo p̄dicta de cognitione demonum incu-
boꝛum.ſ. ꝙ ſit ruptio virgineoꝝ clauſtroꝝ ⁊ experien
tia delectationis veneree.¶ Itē ſi diximus hanc femi
nam inuoluntarie cognitam defloꝛationem nullā paſ-
ſam fuiſſe : ſuſcepiſſe tamen ſemen maſculinuȝ ſicut ſu
pꝛa dictuȝ eſt.adhuc non ſtat modus: qm̄ ibi experien
tia delectationis veneree eſt. Non poteſt auteȝ iſte mo
dus aſſignari vllatenus in femina vigilante:qꝛ quouiſ
modo tunc ſemen ſuſcipiat neceſſe eſt delectationē ve 32
neream experiri.opoꝛtet igitur hunc modū in ſomniis
fieri.ſed qualiter ibi integritas mētis ſit ⁊ illibatio vir

32 Virginitas men tis ⁊ coꝛpis mu lieris in ſuſcipiē do ſemie aſſigna ri nō pōt niſi in ſomnis.

gineoꝛum clauſtroꝛuȝ:⁊ nulla veneree delectationis ex
perientia:credo cuilibet ad hec aduertenti: ſatis cogi-
tatione inueniri poſſe.nō enim decet talia pꝛoferre. q̄
q̄ ſanctus Thomas in quodam collibeto hunc modū
pꝛo parte aperiat. hic tamē quicquid ſit ſemper tamē
ſemen ad conceptionem intercidit:ſine quo nihil natu
raliter ſit. in viro autē hic modus reperitur.nam viri 33
ſine mentis coꝛruptione ⁊ illibatione carnis in vaſe ge
nitali generare poſſunt. In eis tamen difficilius eſt q̄
in femina: quia femina inuoluntarie cognoſci poteſt a
viro.vir tamen niſi velit nullam vn̄q̄ feminam carna
liter cognoſcit.quod ſatis liquet.nam actio in poteſta 34
te agentis : paſſiones non ſunt in poteſtate patientis :
ſed agētis. Iſte modus ſatis patet per demones ſuccu
boſ:qm̄ virile ſemen pollutionis nocturne aut alš ſuſci
piunt: ⁊ poſtea matrici alicuius femine infundunt ⁊ fe
tus inde ſequitur. immo ⁊ admirabiles fetus in natu- 35
ralibus diſpoſitionibus.Sic enim factum eſt per mer-
linum quando ex incubo ⁊ ſuccubo demone genitus
ſatis veraciter perhibetur : eius tamen patet vir fuit :
qꝛ ille pr̄ eſt cuius ſemen eſt ad gignendum:demon au 36
tem ſemē non habet cum ſpiritus ſit.pater tamen mer- 37
lini non cognouit carnaliter matrem eius.
¶ Alius tamen modus eſt quo ſine demone ſuccubo 38
⁊ incubo viri gignant illeſa mentis integritate ⁊ car-
ne ⁊ nulla ſuſcepta delectatione venerea:qd̄ attinet ad
perfectam rationem virginitatis. ⁊ ſic viri virgines
exiſtentes naturaliter gignere poterunt. Nec tñ in
viro virginitatem voco ⁊ integritatem carnis ⁊ pꝛiua
tionem deciſionis ſeminis. ita ꝙ virgo ille ſit qui ſe-
men nun̄q̄ effuderat quouiſmodo : qm̄ hoc pacto in

38 Modꝰ quo vir cū itegritate mē tis ⁊ coꝛpis pōt generare.

Quid ſit v̄gini tas in viro.

pollutione nocturna viri virginitatem amitterent: 39
quod falſum eſt. nam nullus hoc concederet. Et ſatis
patet.nam coꝛruptio carnis eſt aliqua violentia illata
nature ſ; quā infringitur aliquid qd̄ ipſa condiderat:
queādmodum cū femina defloꝛatur.in pollutione no-
cturna

40

cturna autem nihil tale fit:quoniã ſine vllo motu carnis ſola operãte phãtaſia que ſuper naturam corporalem magnam poteſtatem habet:per conceptas imagines aut ex impotentia potentie retentiue:ſeminalis effluit humor:ſed corruptio integritatis carnis maſculi-

41 Corruptio maſculine itegritatis i p̃mo acceſſu ẽ ſine paſſiõe lʒ exigua.

ne cõſiſtit in hoc qꝺ maſculus in primis carnalibus acceſſibus patitur.nam prout in femina fit vera ꝛ perfecta defloratio:ita in viro ꝓ modo ſuo q̃q̃ non equaliter.In pollutione autẽ nocturna nihil horuʒ euenit: qꝛ etiã ſine experiẽtia delectationiſ venereе iſta fiunt. nam qui per ſomnũ grauem: nocturnam patitur pollutionem:delectationẽ veneream minime experiꝉ.erit ergo vir generans manẽte ſibi virginitate.Sancta tñ

42

43 Scriptura ſacra mulierẽ vtcunq̃ viri ſemĩe ꝯcipiẽ tẽ negat ĩ v̾ginitate cõcipere.

ſcriptura ſtrictius de virginitate loqtur.quocũq̃ eniʒ modo aliqua mulier ex ſemine humano concipiat: nõ dicit eam ſancta ſcriptura in virginitate cõcipere.

¶ De dña noſtra virgĩe hec omnia cõpletiſſime predicantur.ſ.ꝙ ipſa concepit cum integritate: quoniam nunq̃ habuit aliquem conſenſuʒ:nec carnaleʒ copulã: dicente ipſa ad angelũ:quomodo fiet iſtud:quia virũ

44 Uirginis verba Luce.1.qm̃ virũ non cognoſco ĩtelligẽda ſᷓ nũq̃ cognoſcere virũ diſpoſui qꝺ oſtẽdit in virgine itegritatẽ ꝛ mentis ꝛ carnis.

non cognoſco.i.quia non cognoſcere virum ꝓpoſui. non enim loquebaꝉ de cognitione ſola:quia tunc verba ſua ĩpertinentia eſſent.nam q̃q̃ tunc nõ cognoſceret nec cognouiſſet virum:poterat eum cognoſcere in futuro:ꝛ ſic nõ excluderet verba angeli.ᵃ Opʒ ergo vt intelligatur.quoniã viruʒ nõ cognoſco.i.ꝓpoſui nũq̃ cognoſcere.ꝛ tunc ſtant rõnabiliter verba eius.ſ.quomodo fiet iſtud.naʒ fieri nõ poterat niſi aliquẽ ſpecialem modum ad hoc deus daret ſᷓm ꝙ poſtea angelus ſubintulit.ſ.ſpiritusſanctꝰ ſuperueniet in te ꝛc̃.fuit ergo

ᵃ Nota pulchraʒ ꝯpõnem.

45 Error heluidij ponẽtiſ mr̃eʒ xp̃i cognitã a ioſeph ꝛ poſt xp̃m pepiſſe alios filios.ꝺ quo diffuſe auctor in paradoxis ſuis.

mente incorrupta.Fuit etiam carnis integritas in illa: qꝛ a nullo vnq̃ viro deflorata eſt.q̃q̃ impijſſimꝰ heluidius aſſerat virginem dñam noſtraʒ a ioſeph fuiſſe carnaliter cognitam:ꝛ alios filios poſt ſaluatorẽ pepiſſe.de quo latiſſime arguitũ eſt:ꝛ reſponſuʒ fuit in libro noſtro de quinq̃ metaphoricis paradoxis ad illuſtreʒ reginã caſtelle. Nullo etiã modo delectationẽ venereã experta eſt.nam hec in cognitione a viro eſt: ipſa autẽ nihil vnq̃ tale ꝑtulit.Preter oĩa autem hec

46

habuit qꝺ naturã tranſcẽdit.ſ.ꝙ ſine ſemine ꝯcepit:in quo exceſſit oẽs alias feminas.multe nãq̃ femine ĩperfecta virginitate ꝯcipere pñt vt ſupra declaratum eſt.nulla tamẽ ſine ſuſcepto ſemine ꝯcipit.Dña tñ nr̃a

47

virgo nullo virili ſemine ſuſcepto cõcepit:ꝛ ob hᷓ fuit ꝯceptio illa ſupnaturalis:qꝛ non erat ibi aliqꝺ principium actiuũ naturale ad dirigendũ menſtrualẽ ſãguinem eius:ꝛ formandũ in corpus:ſed fuit ſpũſſanctꝰ faciens in mẽſtruo virginali opera oĩa quẽ operari debuiſſet maſculinũ ſemen.Quo autẽ dicaꝉ virgo beata concepiſſe de ſpũſancto:ꝛ qd hoc ſignificet:ꝛ an ſpiritusſanctꝰ aliqꝺ ſemen creauerit qꝺ nullius viri eſſet: ꝛ infuderit in vterum virginis loco ſeminis maſculini:in libro noſtro de q̃nq̃ metaphoriciſ paradoxis dictũ eſt.

48 Spũſſcũs ĩ mr̃e xp̃i fecꝫ opa oĩa q̃ facere debuiſſet virile ſemen.

49 Probat ſcꝺm̃.ſ. dñaʒ nr̃aʒ fuiſſe ꝑfectiſſime v̾ginẽ in partu.

¶ Habeꝉ ẽt ex hoc ꝓphetico dicto ꝙ dña noſtra virgo peperit.i.ipſa in virginitate exiſtẽs peperit:ꝑꝑ qꝺ eccleſia p̃dicat:non ſolum ante partum virginem.ſ.in conceptu:ſed etiã in partu.qd tñ ſit feminã in cõceptu eſſe virginẽ:manifeſtũ eſt.ſ.ipſam ſine aliquo ſemine virili ꝯcipere.Quid tñ ſit in partu eſſe virginem:multis adhuc abſconditũ eſt.In quo ſciendum

50 Mulierẽ i cõceptu eẽ v̾ginẽ ẽ eã ſine ſemĩe ꝯcipe.

eſt virginitateʒ vt ſupra diffiniuimꝰ eſſe integritatem mentis ꝛ corporis cũ inexperientia actus venerei aut delectationis eius.quãdo igiꝉ carnis corruptio eſt virginitas tolliꝉ.in feminis autem carnis integritas dicitur eſſe icorruptio clauſtroꝝ virgineorũ. Iſta clauſtra ſicut aperiuntur in conceptu quãdo femina a viro cognoſcitur:ita ꝛ aperiunꝉ in partu:ꝛ adhuc maiori apertione.ꝛ ꝓpter hoc maior dolor eſt in partu q̃ in p̃ma virginũ defloratione:ꝛ cõtingit multas periclitari.rõ eſt qꝛ ſicut integritas carnis in femina tolliꝉ cũ carnaliter cognita defloraꝉ:ꝛ ob hoc ei virginitas adempta eſt.ita ꝛ in partu qꝛ iſta clauſtra virginei pudoris panduntur:virginitas auferri diciꝉ.imo magiſ q̃ in cõceptu cum maior apertio fiat.Et magis neceſſe eſt feminam in partu virginitatẽ amittere:q̃ in conceptu quo ad carnis integritatẽ.nam vt ſupra declaratũ fuit:ali-

51 Uirginitas mulieris magis neceſſario tolliꝉ in partu q̃ i ꝯceptu quoad itegritatẽ carnis:cũ ꝯceptꝰ poſſit eẽ abſq̃ fractura clauſtri v̾gĩalis: partus non.

que femine cõcipere poſſunt ſuſcepto ſemine nulla facta ruptura virgineorũ clauſtrorũ. In partu tamẽ nulla femina parere naturaliter poteſt virgo.nam cum fetus emitti debeat per vas genitale mulieris ab vtero:ꝛ magne quantitatis ſit:neceſſe eſt tantũ aperiri de virgineis clauſtris quãta eſt magnitudo infantis nati. 52

alioquin dabiꝉ corporũ penetratio:quã nõ ꝯſentit Ariſtoteles noſter in libris phyſicorũ:nec natura rerũ hoc tolerat.Et ſic ſᷓm naturam hoc in veritate conſtat: ꝙ multe femine in virginitate exiſtentes concipere poſſunt:nulla tamẽ in virginitate exiſtens naturaliter parit.

53 Mulier ſᷓʒ nãm põt in v̾ginitate ꝯcipere ſeꝫ non parere.

¶ Erat ergo dubium de domina noſtra:qꝛ q̃q̃ ſine vllo ſemine concepiſſet:ꝛ penituſ virgo maneret:in partu tamen corrumpi poterat ruptis virgineis clauſtris ad infantuli emiſſionem.immo q̃q̃ deus ſupernaturaliter egiſſet vt maria ſine ſemine foret p̃gnans: ꝛ retenta plena virginitate.ſi tñ illã naturaliter parere qꝺ cõceperat reliquiſſet:nullũ vlterius in ea operãdo miraculum:neceſſariũ erat vt ipſa in pariendo virginitatẽ ꝑdidiſſet.ſ.quia ad exitum corporis redẽptoris noſtri:qꝺ erat in tãta quãtitate tempore natiuitatis in quãta alij contẽporanei fetus nati erant: rumperẽtur virginea clauſtra. Ideo ad exprimendã virginitatem omnimodã dñe noſtre:non fuit ſufficiens dici ꝙ ipſa ante partum.ſ.in conceptu v̾go extiterit:ſed ẽt in partu:ſcilicet ꝙ non fuit facta aliqua ruptio clauſtrorum virgineorum ad exitum ſaluatoris noſtri de vtero.ꝛ hoc tãtum fuit miraculum quantũ ꝙ ſine ſemine virili conceperit.

54 Mr̃ xp̃i ẽt ſi dꝰ illã ſiñ ſeĩe ꝯcipe ſupnãlr feciſſet ſi ꝑmiſſa eẽt nãliter parere ĩ partu v̾ginitatẽ ꝑdidiſſet: ꝛ ob hᷓ nõ incõgrue dꝛ̃ eam fuiſſe v̾ginẽ ante partũ ꝛ in partu.

55

Quo autem ſaluator noſter cuius corpus tante quãtitatis erat:de virginis aluo exire potuerit nullo ſigillo pudoris virginei rupto:ꝛ an exierit deducendo ſe totum ad indiuiſibile ſicut eſt in hoſtia.ſ.quia eſt in qualibet parte hoſtie quantũcunq̃ parua ſit:vel an exierit ſᷓm extenſionem quantitatis per corporis penetrationem ſicut tranſiuit intrans ad diſcipulos oſtijſ clauſis:in libro noſtro de q̃nq̃ metaphoricis paradoxis late diſputatum eſt.

56 De exitu ſaluatoris ex v̾gineo matris vtero vide auctorẽ i paradoxis.parad.1.ca.64.ꝛ Mat.1.ca.q.48.et.49.

¶ Alijs autem alia in hoc ſententia eſt.dicunt enim dominã noſtram virginem dici ante partum:in partu: ꝛ poſt: referendo in ſolam priuationem cognitionis virilis.ſ.ꝙ ſicut ante partuʒ cognita non extitit:ita nec poſt.Hoc autem ſubſiſtere non poteſt.nam q̃q̃ iſta expoſitio conueniat ad primam ꝛ tertiaʒ particulã:ſcilicet ꝙ fuit virgo ante partum ꝛ poſt partum:tamen nõ conuenit ſecunde particule:ſcilicet ꝙ fuerit virgo in partu.

57 Opio falſa dicẽtiũ dcm̃ illud añ partũ in partu ꝛ poſt partũ r̃ferẽdũ eẽ ad cognitionẽ viri.

Primuʒ patet qa ipſa fuit virgo ante partum:ſcilicet ꝙ ad conceptionẽ ſuam non preceſſit aliqua virilis cognitio nec ſeminis ſuſceptio ſicut in alijs mulieribus naturaliter fit.etiam poſt partum virgo fuit quia a nullo vnq̃ viro poſtea cognita eſt:q̃q̃ impijſſimus heluidius cõtrariuʒ aſſeruerit.

58 Opio dicẽtiũ mariã fuiſſe v̾gineʒ añ partũ i partu ꝛ poſt partũ ĩtelligẽdũ eẽ ꝙ ñ cognouerit virũ in aliq̃ ex his vicibꝰ ſtare negꝉ.nã non ꝯuenit ſcꝺe ꝑticule cũ nulla ĩ partu carnalr cognoſci poſſit.

¶ Ad ſecundã autem particulam hoc adaptari nequit:cũ dicitur.ꝛ virgo in partu.ᵃ nã q̃q̃ aliq̃ femina ante partum carnaliter cognoſci poſſit:ꝛ ſimiliter poſtq̃ peperit:nulla tamẽ cum parit cognoſci poteſt.repugnat enim ſᷓm naturam vt liquet ſatis. Ideo non poteſt dici domina noſtra virgo in partu.i.qꝛ nõ fuit cognita a viro dum pareret:quia hoc modo omnes femine parientes dicerentur virgines in partu:cũ nulla earum cognoſci poſſibile ſit dum parit.hoc tamẽ falſum eſt:quoniam nullam feminarum in partu virginem dicimus.ideo non eſt hoc modo dicendũ:dominam noſtram hoc modo dici virgineʒ in partu extitiſſe.

ᵃ Rõ.1.

¶ Item non põt hoc ſtare:quia ſi femina in partu virgo dicitur:aut fuit virgo ante partũ.ſ.in conceptione:aut non.ſi autẽ fuit virgo ante partũ.ſ.ꝙ ad hoc ꝙ conciperet nõ fuit cognita a viro nec ſuſcepit ſemẽ:neceſſariũ eſt vt in partu quoq̃ virgo ſit:cum nõ cognoſcatur cuʒ parit:ſi fortaſſis mulier que in partu virgo nuncupari debet ante partũ nõ fuit virgo.ſ ꝙ vt cõciperet carnaliter cognita eſt:nõ põt dici virgo in partu cum ante hoc corrupta fuerit:ꝛ que ſemel virginitateʒ ꝑdidit amplius virginẽ eſſe impoſſe eſt.ꝛ ſic quocũq̃ modo accipiaꝉ non diciꝉ ꝯueniẽter ꝙ beata virgo ſit tñ in partu virgo per reſpectum ad priuationeʒ carnalis deflorationis: quia tunc non differt eſſe virginem in partu ab hoc qꝺ eſt eſſe virgineʒ in conceptu:

Rõ.2.

59 Mulier q̃ añ partũ v̾go ẽ.i.a viro nõ cognita:eodẽ mõ eſt ẽt v̾go in partu. q̃ v̾o v̾go ñ ẽ añ partũ nec ẽ i partu:cũ amiſſa v̾ginitas ſit irrecuperabilis.

60
Miraculi maioris opus fuit mariã eẽ vĩginẽ ĩ partu ⁊ poſt partum ꝙ̃ añ partũ.

61

* Declaratio ſecũde pticule huius vaticinij. q̃ ẽ. ⁊ vocabiť nomẽ eiꝰ emãuel.

62
Emanuel interp̃tať nobiſcũ deuſ qḋ ĩ ſaluatore diuinã ſubſtantiaʒ naturamue cum humana innuit.

63

64
Saluatoris nomẽ emanuel nõ ſigñat orõneʒ. ſ. deꝰ erĩt nobiſcũ: qꝛ tũc notareť pfectio nõ ĩ ſaluatore: ſʒ ĩ nobiſ ſicͭ hĩ Exo. 17. vbi moyſes edificauit altare qḋ vocauit dñſ exultatio mea. vbi inuitur pfectio moyſi nõ altaris: ſʒ ĩtelligẽdũ ẽ nobiſcũ deꝰ ſine v̓bo. i. d̓ꝰ cũ nã nr̃a vniťꝰ.

65
Noe ĩuenit agriculture modũ pp qḋ dicꝰ ẽ noe. i. requies.
Noe non p̃t appellari emanuel

66
Emanuel exponi dʒ nõ p orõnẽ ſed incõplexe.

67
Documẽtũ mirabile.
Emanuel eſt nomẽ nãe nõ ipoſitiõis in xp̃o.

68
Nomẽ duplr̃. ſ. nãe ⁊ h̃ nõ ẽ ad placitũ: ſʒ neciuʒ ſicͭ ſũt gñ̃a ⁊ ſpecies. Aliḋ ẽ ipoſitiõis qḋ ẽ ad placitũ iponẽtis vt ꝙ aligs vocetur petrꝰ vel ioãnes emanuel fuit nomẽ nãe ieſuſ ipoſitiõis cũ potue-

vel ſemper ante partum ⁊ poſt partum: ⁊ ſatis ſuperuacuũ videtur eſſe eaʒ in partu virginẽ dicere. ⸿ Dicendum eſt autem de hac particula maioris miraculi opus eſſe ipſam in partu virginem extitiſſe: ꝙ̃ poſt partum vel ante partum in conceptu. Sed intelligenda ſunt hec ſicut in precedentibus declaratum eſt: ſcilicet. ꝙ in partu virgo extitit: qꝛ quemadmodũ nõ fuit aliqua virgineorũ clauſtrorũ facta libatio ante conceptum opere virili: ita in partu nulla aptio ad exitum ſaluatoris noſtri celebrata eſt. hec aũt apertio ſi interceſſiſſet: virginitatis diſpẽdia ſequi neceſſe erat: cum carnis integritas in hac virgineorũ clauſtroruʒ apertione maximam ſuſtineat leſionem.

* ⸿ In pphica pnũciatiõe ↄſequiť poſt hec: ⁊ vocabiť eius emanuel. i. iſte puer qui de virgine naſcetur vocabitur emanuel: qḋ latine interpretať nobiſcũ deus. emanu. n. in hebreo nobiſcũ ſonat: el autem deus interpretať. quod huic puero cõuenit. nam hoc deſignat duas naturas aut ſubſtãtias in ſaluatore noſtro. ſ. diuinam ⁊ humanã. ⁊ hoc nobiſcũ deus. i. in natura noſtra vel cũ nã noſtra deus deſignat ꝙ iſte habuit deitatem cum natura noſtra: qḋ nulli ante contigerat nec poſtea eueniet. nam iſtud nomẽ manifeſtat hunc eſſe deum. ſic enim decebat vt qui de virgine ſup naturã conceptus ⁊ natus eſt: non ſolum homo eſſet: qḋ naturaliter cõtigiſſet: ſed etiã deus eſſet qḋ omnes nature vires excedebat: nec tamẽ erat contra naturã. Et hoc qḋ dicitur nobiſcum deus non interpretať per nomẽ oratio: ſcilicet vt dicamus nobiſcum deus. i. ꝙ nomẽ iſtius pueri nati erit nobiſcũ deus. i. ꝙ deus ſit nobiſcum. ſed nobiſcũ deus. i. ꝙ nomen huius pueri erit nobiſcum deus. i. deus cum natura humana vel exiſtens deus ⁊ homo. nam exponẽdo p̃mo modo per orationẽ non ſolum ↄuenit deo: ſed etiam creaturis. ſic enim dicitur Exo. 17. ⁊ edificauit moyſes altare atq͡ʒ vocauit nomen eius dñs exultatio mea. i. dominꝰ eſt exultatio mea. in quo non attribuiť aliqua perfectio altari illi: vel denoiať de illo ſʒ de deo. ſi tñ̃ exponeť ſine orõne eſſet ſenſus ꝙ nomẽ altaris erat dñs exultatio mea. i. ꝙ ipʒ altare erat dñs ⁊ exultatio. ⸿ Sic igiť ẽ de noie huiꝰ pueri nati: qḋ eſt emanuel. i. deꝰ nobiſcũ. ⁊ tũc eſt ſenſus ꝙ per natiuitatẽ huiꝰ pueri dñs eſt nobiſcuʒ: ⁊ hoc non erat aliquid magnũ: quia quilibet homo poterat ſic vocari: in cuius natiuitate aut quo viuente deus alijs bona collaturus foret. ⁊ hoc modo poterat vocari noe emanuel: quia per eius vitam deus dedit alijs requiem: cum ipſe inuenerit modum transferẽdi labores ab hominibus agricultura a ſe inuenta. quod innuitur cuʒ dicitur de eo Geñ. 5. capitu. iſte conſolabiť nos ab omnibus laboribꝰ noſtris in terra cui maledixit dñs. in hoc autem erat deus cum hominibus inq̃ꝫtum tollebatur eis maxima pars laborum ſuorũ. ⸿ Sed non videť conueniẽs ꝙ vocareť emanuel. altiori enim quodaʒ modo nos redẽptorem noſtrum emanuel appellamꝰ: ⁊ in ſacra ſcriptura appellatum extimamꝰ. Debet ergo exponi iſtud nomẽ non per orationẽ: ſed alio modo incõplexe. ſ. ꝙ vocabitur nomen eius emanuel. i. deus nobiſcũ. ſ. ꝙ ipſe eſt deuſ nobiſcũ: qꝛ deus cum natura humana: qa deus ⁊ homo eſt. ⸿ In his autem aduertendũ eſt ꝙ ꝙ̃ꝙ̃ eſaias p̃dixerit chriſtũ ſaluatorẽ noſtruʒ vocandũ emanuel: tamen nõ fuit ei impoſitũ hoc nomen a matre ſua: nec ab angelo: ſed vocatus Jeſus vt habeť Luce. 1. ca. ſed dicitur nomẽ eius emanuel. i. quia ipſe erit taliſ ꝙ debeat vocari emanuel: etiã ſi ei nemo tale nomen impoſuerit. nam nominuʒ quedam ſumunť ab ipoſitione: quãdo non reperiť aliqua cauſa neceſſitatis ex parte rei nominate ad id quod ſignificat nomen vt ſor. vel plato: aut cicero. In his enim liberũ eſt imponere qḋcunq͡ʒ nomen voluerimꝰ. Alia ſunt nomina que cõueniunt ſm naturã. vtpote illa q̃ inſũt ex natura ſpeciei vel generis: vt ꝙ aliquis vocetur homo vel aĩal. nam ſm naturã homo eſt ⁊ animal eſt: etiã ſi nullus ei tale impoſuerit nomen. Ita de xp̃o nomen hoc qḋ eſt ieſus ſiue ioſua ſm hebreoſ ab ipoſitione ſibi eſt: qm̃ potuiſſet euʒ vocare mater ſua alio nomine niſi angelus p̃dixiſſet atq͡ʒ p̃cepiſſet vocari nomen eius ieſuʒ vt patet Luce. 1. ca. Nomẽ autem nature in chriſto erat ꝙ eſſet deus: qꝛ erat filius naturalis dei: ⁊ ꝙ eſſet homo qꝛ erat filiꝰ nãlis hominis. ſ. virginis matris. hoc autem ſignificat iſtud nomen emanuel. ſ. deus nobiſcuʒ. i. deus cuʒ humana natura. qḋ eſt deus ⁊ homo. Erat ergo nomẽ chriſti emanuel ſicut nomẽ naturale eſt: vt homo ⁊ animal. Et ſicut nobis nõ imponunť iſta nomina homo ⁊ animal: ſed naſcẽtibus cognoſcunť: ita ⁊ ipſi chriſto nõ fuit a matre vel ab aliquo impoſituʒ iſtud nomẽ emanuel: ſed ab ipſa nã cognitũ eſt.

⸿ Circa hoc: vt amplior pateat euidẽtia tria agenda ſunt. p̃mo apponẽtur quedam fundamẽta ex quibus iudei in nos inſurgũt aut ſaltem inſurgere pñt: pclamantes hanc eſaie auttoritatẽ non intelligi de ſaluatore noſtro ieſu. Scḋo hec ſoluẽtur. Tertio expoſitio iudeorũ ſubiungeť ⁊ iprobabitur. [a] ⸿ Ad p̃mũ. probãt ꝙ dictum eſa. nõ intelligať de xp̃o ex eo qḋ ſupra dicitur in lr̃a eſaie. ſ. ꝙ rex achaʒ audiuit ꝙ raſin rex ſyrie ⁊ farce filius romelie rex iſrael conſilium inter ſe fecerunt: vt ſimul venirẽt ſuper regem achaʒ regẽ iuda ⁊ delerent eum ponẽtes alium regem in hieruſaleʒ: qḋ audiens rex achaʒ timuit ⁊ totus populus eius cũ eo. tunc deus ad eſaiam dixit vt egredereť in occurſum achaʒ ⁊ p̃nunciaret ei ꝙ non fieret qḋ illi reges preordinauerant: ⁊ ad hoc adiecit dicẽs. dñs ipſe dabit vobis ſignum. Ecce virgo cõcipiet ⁊c̃. igitur iſtud ſignuʒ dabiť ad conſolationẽ regis achaʒ vt non timeret reges ſupra ſe irruituros. ſed ſignũ de chriſti natiuitate nõ fuit tale: vt poſſit cõſolari regem achaʒ ⁊ populum timentẽ: cum iſtud futurũ eſſet poſt multa tẽpora. accidit enim poſt quaſi p ſexcẽtos annos. quid ergo attinere videbať iſtud ſignum ad ea que regi achaʒ prenunciabanť. nihil inquã. non ergo eſt ipſe puer q hic naſciturus p̃dicatur. ⸿ Item qñ deus dabat ſanctis patribꝰ aliqua ſigna in veteri teſtamẽto: illa ſigna immediate cõplebanť. Sic patet de abraã cum quo cum iniret fedus de dãdo ei terram populorũ multorũ de qbus habeť Geñ. 15. miſit ignem inter diuiſiones ſacrificiorũ qñ apparuit fornax ardens ⁊ flãma diſcurrens per medias diuiſiões. ſic enim cũ dedit ſignuʒ de gedeon vincẽdo madianitas: imediate completaʒ eſt quia apparuit in vellere ſignũ. ſ. ꝙ vellus erat madidum: ⁊ area ſicca: ⁊ iterum area cõpluta: ſicco tñ̃ vellere manente vt habetur Judi. 7. c. Sic etiã de eliezer ſeruo abrae quãdo iuit in meſopotamiã ⁊ de multis alijs. ſi ergo nunc fuiſſet annũciata natiuitas xp̃i regi achaʒ tanq͡ʒ qḋdam p̃noſticatiuũ ꝙ nõ deberet timere duos reges qui volebant delere domũ eius: immediate fuiſſet. ſed fuit poſt valde multa tẽpora quia fere poſt ſexcentos annos. ergo nõ fuit hoc datum in ſignum. ⸿ Item arguũt nõ poſſe ſtare: quia ꝙ̃ꝙ̃ chriſtiani dicant ꝙ mater chriſti virgo concepit ⁊ peperit: tamen in hebreo non ponitur virgo ſed adoleſcentula: ſcilicet puella tenere etatis ſiue ſit virgo ſiue non. quod probant per id quod habetur Prouerbiorum. 30. capitu. vbi dicitur. tria ſunt mihi difficilia: ⁊ quartum penitus non cognoſco. ⁊ concludiť in fine. via viri in adoleſcentula. In hebreo ponitur idem nomẽ qḋ hic ponitur: ſcilicet alma pro adoleſcentula: ſcilicet via viri in adoleſcentula. ſed cum via viri in adoleſcentula eſt: ipſa non eſt virgo. ergo non ſignat alma ſemper virginem. ⸿ Item non videtur poſſe intelligi de chriſto: quia in littera hebraica dicitur. ecce alma ſiue adoleſcentula concepit et pariet. ergo videtur ꝙ eo tẽpore quo iſta verba dicta ſunt: iam conceperat illa puella: cuius filius p̃dicitur hic naſciturus. Sed beata virgo maria non concepit niſi poſt ſexcentos annos quaſi. ergo non intelligitur de ipſa. ⸿ Item dicitur in littera huius prophetie. ⁊ vocabitur nomen eius emanuel. Sed de domino ieſu non legitur ꝙ fuiſſet vocatus emanuel: ſed vocauit eum mater ſua Jeſum: quia ſic predictum fuerat ab angelo anteq͡ʒ naſceretur vt habetur Luce. 1. c. ⸿ Item dicitur de puero iſto ꝙ butyrũ ⁊ mel comedet vt ſciat reprobare maluʒ ⁊ eligere bonum. iſta. n. ſunt ad cauſandum in homine

quandã

rit eũ mr̃ alr̃ vocare niſi angelus p̃cepiſſet.

69
Emanuel ñ fuit ĩpoſitũ xp̃o ſʒ fuit cognitũ eẽ in eo nãlr̃ ſicͭ noĩa nãe nõ ĩponũť ſʒ cognoſcũť ĩ rebꝰ a pprietate ipaꝝ.

70
Judeoꝝ argumẽtatio p̃ma ĩ xp̃ianos ꝙ dcm̃ eſaie. ecce v̓go ⁊c̃. ñ ſit ĩtelligẽduʒ de xp̃o cuʒ h̃ fuerit datũ ĩ ſignũ ↄſolatiõiſ r̃giſ achaʒ aduẽtꝰ v̓o xp̃i fuerit p ſexcẽtos annos poſtea.

[a] 1. rõ. iudeoꝝ ↄ xp̃ianos ꝙ dcm̃ eſaie nõ intelligatur de xp̃o.

71
Rõ. 2. iudeoꝝ ꝙ dcm̃ eſaie non intelligať de xp̃o.

72

73
Gedeõ habuit ſignũ de victoria madianitaꝝ vellus cõplutũ ĩ area ſicca ⁊ cͦ Jud. 7

3. rõ iudeoruʒ ꝙ dcm̃ eſaie ñ poſſit ĩtelligi de beata virgine.

74

Rõ. 4. p hebreiſ

75
Hebrei dñt ꝙ in lr̃a dr̃. ecce v̓go ↄcepit: ꝙ ſigñat rẽ iã factã qḋ nec gt itelligi de xp̃o
Rõ. 5. p hebreis
76

Rõ. 6. p hebreis
77

quandam diſpoſitionem ad ſciendum: ꝛ ille puer co-
meſſurus erat hec vt haberet ingeniū conuenienter di
ſpoſitū ad intelligēdū.lʒ de Xp̄o dicimus ꝙ ab inſtāti
conceptionis ſue fuit plenus oī ſapientia ꝗꝛ erat deus
Rō.7.ꝑ hebreis expoſitio. 78 ꝛ homo.ergo nō poteſt intelligi de illo dictum iſtud.
¶ Item nō poteſt ſtare iſta expō. ꝗꝛ in lr̄a continuata
Eſaie in capl̄o ſequenti poſt illud dictum habetur.an-
teꝗ̄ puer ſciat vocare patrem vel matrem auferetur
fortitudo damaſci.ergo vr̄ ꝙ aliquod tp̄s erat in quo
iſte puer naſciturus: neſciret vocare prēm vel matreʒ:
ꝛ poſt illud tp̄s vocaret prēm ſuū ꝛ mr̄eʒ. ſed de Xp̄o
79 dicimus ꝙ ſemp equaliter ſciuit: ergo nō intelligit̄ de
Rō.8. pro heb. illo. ¶ Iteʒ xp̄iani de Xp̄o dicūt ꝙ nō fuit genitus de
virili ſemine.ſed de iſto puero neceſſariū eſt ꝙ intelli-
gatur natus ex prē ꝛ mr̄e. ergo nō pōt itelligi de xp̄o.
pʒ minor. ꝗꝛ dr̄ in preallegata auctoritate.anteꝗ̄ puer
ſciat vocare prēʒ ꝛ mr̄em auferet̄ fortitudo damaſci.
ergo puer iſte prēm ꝛ mr̄em habebit:qđ nos nō coce-
dimus. ergo nō intelligit̄ de ipſo. Alia autē bis ſimilia
fieri poſſunt.de qbus quilibet aduertere poteſt.

Rn̄.ad rōneʒ.1. 80 Signū nihil ꝓhibet dari poſt rē ſignatam. ¶ Ad hec aūt nobis rn̄dēdū eſt. Ad primū cū dr̄ ꝙ na
tiuitas xp̄i non potuit dari in ſignū regi Achaʒ: ꝙ fuit
magno tp̄e poſt.rn̄dendūʒ ꝙ nihil obſtat ſignum dari
poſt rem ſignatā. ꝛ ſi dicas ꝙ tunc ſigna nō facient ad
aliquā certificationē reꝝ ſignataꝝ:cōcedēdū eſt. nec h̄
81 ē icōueniēs.nā interdū deus dat ſigna:nō ad certifi-
candum res ſignificatas ſed innoteſcendū id qđ impoꝛ
tatur p ipſa ſigna:cū ſigna ſint diſtincta a ſignatis:ꝛ co
82 gnito vno:nō cognoſcet̄ neceſſario alteꝝ. ꝛ hoc neceſ-
Poſteriꝰ nō eſt ſarium eſt qn̄ eueniunt poſt iſta ſignata:nā id qđ poſte
dclaratiuum ſui riꝰ ē nō ē fortificatiuū aut teſtificatiuū poꝝ. nā q vult
prioris in his q̄ accipere certitudinē de aliqua re anteꝗ̄ ſit:vult accipe
ſunt extra aiam. re certitudinem ꝙ erit.ſed qn̄ ipſa res que futura erat
effecta fuerit pn̄s:iā plena certificatio eſt de eſſe ſuo.id
igit̄ qđ poſteriꝰ eueniet nō cōfert aliquatenus ad iſtā
rem ꝑteritaʒ: ꝗꝛ iſta iam totaliter certa eſt cum fuerit.
83 ¶ Eſt tn̄ iſta cōditio ſignoꝝ q̄ ſunt poſteriora illis quo
rum ſigna ſunt: ꝙ quis nō certificēt quātū ad eſſe ſim
pliciter: certificāt tamē q̄tum ad eſſe a deo.ſ.ꝙ ſigna
nō poterūt nobis dare firmitudineʒ de rebus ſignatis
ꝙ erunt:ꝗꝛ iam eſſe ſuū determinatū eſt cum fuerint.ſed
dant certitudinē quantū ad eſſe a deo.nā qn̄ aliqua res
euenit:niſi p̄dicet̄ nobis a deo: nō intelligimus illā ſpe
84 cialiter factā a deo.cū vero deus p̄dicit aliquid vel ali-
quā rem futurā:ꝛ dat aliqđ ſignū qđ poſt illā rem ſeq
tur:qn̄ tranſierit res ꝛ poſtea euenerit ſignū illud: de-
monſtrat neceſſario ꝙ illa res fuerit a deo ſpāliter: cuʒ
85 āteꝗ̄ res fuerit p̄nūciata ſit:ꝛ ad hoc ſignū datū. Iſtos
Primum ſimile ſeu exemplum. modos ſignoꝝ poſterioꝝ ad rem ſignatā inuenimus in
Error dicentiuʒ illud Exo.3.ſ.h̄ bebis ſigꝰ ꝙ miſeri te ꝛc. eē ſig. poſteriꝰ re ſigna ta:cū h̄ ſit potiꝰ ꝓ ceptuʒ q̄ ſig. qđ queadmodū itel ligi debeat vide auctorē Exo.3. Sc̄dm exēpluʒ. ſacra ſcriptura.ſic qdā dicūt de illo qđ hr̄ Exo.3.c.cuʒ
loqueret̄ dn̄s ad moyſen dicens.hoc habebis ſignū ꝙ
miſerim te:cū eduxeris filios iſrael de terra egypti im
molabis dn̄o in mōtem. hec tn̄ eductio prius facienda
dr̄ q̄ ſup montē immolarēt iſraelite. hoc ſatis videba
tur ꝓbare qđ dicebat̄: tn̄ ſenſus lr̄e nō videt̄ eē iſte g
dr̄:q̄ꝗ̄ plures doctoꝝ nr̄orum hoc intendant.ſed illud
magis ponit̄ tanꝗ̄ ꝑceptū q̄ tanꝗ̄ ſignū.ſ.ꝙ dn̄s iuſ-
ſerit moyſi vt qn̄ veniret ad montē illū ibi dn̄o immo
laret.cuʒ aūt dr̄ hoc habebis ſignū nō refert̄ ad hoc.ſ.
cum eduxeris filios iſrael:ſed ad aliud.ſicut late decla-
rauimus.c.3.Exo. ¶ Sʒ h̄ nō obſtāte habemꝰ alia in
86 ſacra ſcriptura exēpla: in qbus ſignū dat̄ ꝛ euenit poſt
ipſam rē cuius ſignū eſſe ponit̄.ſicut habet̄.4. Reguʒ.
19.c.vbi cū timeret Ezechias regē Sēnacherib ventu
87 rum ſup hierlm̄ atꝗ̄ deletuꝝ illam: dixit dn̄s ꝙ nō ve
niret nec pugnaret aduerſus eaʒ: ꝛ dedit regi Ezechie
ſignū huius dicens.tibi aūt Ezechia hoc erit ſignū: co-
mede hoc āno qđ reperieris: in ſcđo aūt āno q̄ ſponte
naſcunt̄:poꝛro in.3.anno ſeminate ꝛ metite ꝛ plantate
vineas ꝛc.ꝛ ſic dabat̄ ſignū qđ vſq; ad tres annos cō
88 plendūʒ erat:tn̄ id cuius ſignū erat in eadē nocte cōple
Angelus dn̄i ꝑcuſſit in caſtris ſēnacherib cētū 85.milia hoiuʒ. tum eſt.ſ.moꝛtui ſunt oēs q veniebant cū rege ſēnacbe
rib cū eſſet in eadē lr̄a.factū eſt igit̄ eadē nocte venit an-
gelus dn̄i ꝛ ꝑcuſſit in caſtris aſſyrioꝝ cētū octuaginta
quinꝗ̄ milia.ſicut ergo in hoc fuit ſignū poſt iſtā rē ſi-
gnataʒ:ita in eo qđ dr̄ de achaʒ ꝛ virgine q̄ cōceptura

ꝛ paritura erat datū eſt in ſignū: ꝛ poſt cuēturuʒ erat.
Sed aliqs dicet hoc ſtare nō poſſe: nā ſignū quod da- Obiectio ꝓ heb.
tum eſt ezechie q̄ꝗ̄ poſt ipſam rem ſignatā euenit: tn̄ 89
immediate euenire cepit.id aūt quod dr̄ de virgine cō Sigꝰ nō euenit
ceptura ꝛ paritura: ſi de xp̄i natiuitate intelligat̄ nō ſic poſt rē ſignataʒ
fuit:nā poſt valde multa tempoꝛa euenit.* Ad hoc dicē ſiue paulopoſt
dum eſt ꝙ hoc nihil refert: nam ſignum euenit poſt reʒ eueniat ſiue ml̄-
ſignatā:ſiue pauco tēpoꝛe ſiue multo nihil agit. ª Cuiꝰ to nihil r̄fert: cū
ratio eſt quia ſignum ſi quicꝗ̄ ꝓficit hoc eſt inquan- ſigꝰ ſit rei futur̄
tum eſt confirmatiuum ꝛ demonſtratiuum eius quod confirmatiuū ſi
fieri debet ꝛ futurum ꝓnunciat̄. ſi autē res ſignata ꝑus qcꝗ̄ facit. ſigna
eueniat:ſignum immediate eſſe poſt ipſam rem ſigna- vero ſeq̄ntia vt
tam vel multo tp̄e poſt nihil differt. nā qualitercunꝗ̄ cūꝗ̄ ſequant̄ rē
eueniat ſi poſt euenit nullatenus confirmat rem ſigna- ſignatā nō cōfir
tam.vnde ſignūʒ dictū ezechie:quia per tres ānos poſt mant.
ipſam rem ſignatam completum eſt:nihil magis firmi * Solo obonis
tudinis contulit ipſi rei ſignate: q̄ natiuitas xp̄i deſtru ª Rō ſolonis.
ctionis ſyrie damaſcene ꝛ iſrael:q̄ꝗ̄ hoc per plures q̄
quingentos annos poſtea fuit. ſicut ergo aliquando ſi-
gnum reperitur poſt rem ſignatā:ita poterit multotiēs
vel ſemper dari. ¶ Alr̄ autē foꝛtaſſis ꝛ valde cō- Alia rn̄ſi.melioꝛ
uenienter reſpōderi poteſt euitando oīa iſta: ꝛ ſimilia 90
argumenta.ſ.ꝙ nō accipiatur hic ſignum pro eo qđ.al Signū Eſaie. 7.
terius ſignatiuum eſt: ſed pro miraculo. ꝛ ſic quelibet nō capitur ꝓ re
